

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

B. Ioannes Texeda n. 58

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

*Precipuum
studium li-
teris, &
animatorum
saluti in-
cumberere.*

*Varijs mi-
nisterijs,
summa mo-
destia, &
religione.*

*Magno si-
delium fru-
ctu in Ec-
clesia Dei
enitens.*

*Sub IESV
Nominis
patrocinio,
& custodia.*

*Ideo perse-
cutionibus
concussa,
quia Deo
grata.*

atque exercitium est , literis & hominum spirituali saluti incubere , docendo , legendo , prædicando ac fidelium confessiones audiendo , pueros, & omnes alios in doctrina sancta erudiendo summa modestia , & religione , & quam maxima fidelium omnium ædificatione. Dicuntur huius Instituti alumni & professores vulgariter , sed per imperitiam quidem , atque ex ignorantia Theatini , cum tamen hæc Religio maxime ab illa distincta sit. Hæc enim , vt diximus , ab Ignatio de Loyola initium sumpsit , illa vero à quodam Illustrissimo viro Domino Petro Carrafa Neapolitano , quondam Episcopo Theatino , à quo & ipsi Theatinorum acceperunt nomen. De hac Religione , quæ in sancta Dei Ecclesia cum tanto fidelium omnium fructu , adeo enitet , cum plura possem dicere , consulto facio missa , breuitati studens , & quia non id est præsentis speculationis. Qui plura desiderat , consulat Petrum à Ribadeneira in libro quem edidit de vita S. Ignatij de Loyola , huius Instituti , & sanctæ Societatis Auctore. Consulat etiam Fr. Hieronymum Romam lib. 6. de Republica Christiana , & nunc nouissime Hieronymum Plati libro suo 2. de bono status Religiosi cap. 23. vbi etiam videre licebit rationem , ob quam huius illustris Instituti cultores , & professores nuncupentur IESVITÆ , nempe propter maximam deuotionem , & reuerentiam , cordialeque affectum , quem supradictus B. Ignatius de Loyola ad istud sanctissimum Nomen semper habuit , & quia , vt dicitur , ipse ab eodem Christo IESV reuelationem accepit , quod suus facer Ordo futurus erat semper sub speciali eiusdem , & sui dulcissimi Nominis patrocinio , atque custodia. Sic ille.

58. * A B. IOANNE TEXEDA Viro de eadem Franciscana Familia asperitate vite , & contemplatione rerum diuinorum , & aliarum celebritate laudum insigni : quem Barcinone olim cognitum Borgia , Gandiamque eius Praesidum voluntate duellum , veluti sue pietatis Magistrum habebat , is non semel asserebat , Societatem tot persecutionibus concuti , quia Deo grata semper

per extitit. Ita ille apud Euseb. vita B. Borgiae lib. 1. cap. 28. ubi paucis verbis multa Societatis encomia vir tantus complexus.

59. A MATHIA DE SOBREMONTI, Ministro Prouinciali, & in Senatu fidei meritissimo Censore, qui in Approbat. Tom. P. Antonij Velasquez de Immaculata Virginis Conceptione, inter alia inquit: Dignumque censeo volumen, & tanto Auctore, *Eius esti-*
& excultissima sua Societate IESV, quin addendum quid-
quam, aut demendum putauerim. [Neque enim fieri pote-
rat (vt loquar cum Cassiodoro Epist. 22. lib. 9.) vt quem
tantæ auctoratis familia tanta produxerat, sententia nostra
in eo corrigendum aliquid inueniret.] Hæc ille ad finem dictæ
Approbationis.

60. * A MARCELLO DE RIBADENEIRA In His-
toria Archipelagi cap. 7. ubi Societatem vocat, Religionem san-
ctam, potentemque multis gloriosis Martyribus gloriari,
quos inter Infideles, ac Hæreticos habuit. Ita refertur apud
Euseb. Tom. 1. viror. illustr. Soc. fol. 501.

61. A LUDOVICO à S. IOANNE EVANGEL. ex Regu-
lari Observantia egregio Concionatore, Comissarioque Discalceato-
rum Generali, appellante IESV Societatem, Fontem Doctorum
sacratisimum. Ita ille in Approbat. ad Tom. 1. Euangeliorum
P. Antonij de Escobar.

62. * A DAMIANO DE LVGONES Concionatore sele-
cissimo, qui in sermone de Beatificatione B. Ludouici Gonzagæ in-
gentem elogiorum Societatis cumulum congerit, quorum ego aliqua,
eaque precipua summatim referam. Et in primis fol. 9. col. 2. Societa-
tem vocat, Matrem mortalium omnium: imo & Matrem le-
gitimam omnium Religionum. Et fol. 10. Partem Ecclesiæ
excellentissimam & nobilissimam: imo vnam ex eiusdem
Ecclesiæ excellentioribus, & nobiliores partibus. Et fol. 11.
col. 2. Ventrem mystici Corporis Ecclesiæ, eam abundanter
filijs ditantem. Item, & Humerum eiusdem in Germania,
Gallia, Polonia, Anglia, Hibernia, nec non & in ceteris Re-
gnis

*Est Religio
sancta, po-
tentis multis
Martyribus
gloriari.*

*Est Fons
Doctorum sa-
cratisimus.*

*Societas
omnium mor-
talium, imo
& Religio-
nū Mater.
Pars Eccle-
siæ nobilis-
sima, & ex-
cellentiſi-
ma.
Eius mysti-
ci corporis
venter, hu-
merus, cor,
manus.*